



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CCII. Differentia 8. Secundùm Canones appellatio non suspendit  
excommunicationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

quæritur, utrum Archiepiscopus causam istam sibi delegatum per appellationem possit committere alicui subdito suffraganei iure metropolitico? Quin committere valeat illi dubium non est, sed renitenti imperare nequit. Et paucis interiectis n. 3. Archiepiscopo indifferenter permittitur, ut possit causam delegare, neque distinguitur, utrum sit ardua, vel levis, & sic videtur, quod distinctio iuris civilis non procedit de iure Canonico, ut tantum levia possint delegari.

III. Atque hæc ut locum habeant *Auth. ad hac citata* concidat, necesse est. Nam illi *Innocentius III.* manifestè derogat, non requiri definiens, ut Iudex appellationis litem in contestatione audiat, & rursus in medio semel, & in fine omnia, etiam quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiam. Hæc enim per delegationem commissa inferiori sunt, qui expeditis omnibus ad superiorem referat, qui sententiæ formam & promulgationem sibi reservavit.

CCH.

DIFFERENTIA 8.

Secundum Canones appellatio non suspendit excommunicationem. *c. Præterea. & c. Pastoralis. De appellat.* Secundum leges verò suspendit, ut aliud quodcumque iudicatum. l. 1. ff. *Ad S.C. Turpil. l. fin. C. si à non compet. iud. Decianus l. 2. c. 22. n. 27. Zanct. n. 159.*

**A**ppellationis effectus præcipuus est, sententiam definitivam suspendere *c. Sapè. 44 De appell. c. Furti. 6. ff. De his qui nos. infam l. 1. §. fin. ff. Ad S.C. Turpil.* Interea enim sententiæ executioni mandare non licet, & utrique parti permittitur ea probare, quæ antè probata non fuerunt, & producere nondum producta. *c. Ioannes. De fid. instrum c. fraternitatis. De testibus l. Eos. C. De appell. adeoque ea quæ in prior iudicio reiecta fuerunt, repetere, & demonstrare* *Ostians. 11. De appell. n. 13. His positi indubitanter iuris*

est apud Theologos, & Canonistas, appellationem, quæ sit post sententiam excommunicationis purè latam, non suspendere illam. *c. Præterea. c. Pastoralis. De appell. Navarr. c. 27. n. 159 Silvest. v. Excommunicatio II. n. 1. Casu 7. Armilla. v. appellatio Q. 4. Avila De Cens. Par. 2. c. 5. Disp. 5. Dub. II. Zerola Par. 2. v. Appellatio Q. 4. Piasec. in Praxi episc. Par. II. c. 4. n. 87 Suar. v. Disp. 3. & 5. sect. 4 Barb. in c. 15. De sent. excom. in 6. Excommunicatio enim secum trahit executionem. *c. Pastoralis officij. h. 10.**

II. S.

I. si quis autem contra publicationem, vel declarationem latae excommunicationis appellaverit, impediet illam. Hoc autem maturè faciendum est ante declaratoriam sententiam, & ut Zerola loquitur, cedulorum affixionem, quae nihil aliud est, quam sententiae excommunicationis manifestatio, non verò executio. Covar l. pract. qq. c. 23. n. 3. Mantua Par. 6. tit. De appell. n. 177. Navar. in

c. Cum contingat. Causa 15. num. 2.  
 III. Contrarium his legibus civilibus sancitum esse, nec probari, nisi ex generalibus De appellat. in ff. & C. potest; nec interest, cum nulla Magistratui laico concessa potestas sit, de Censuris & poenis ecclesiasticis quicquam definiendi, ut supra declaratum est  
 Differentia II.



TITV